



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

catorem. ff. locat. habet locum, & procedit attento iure ciuili, sed non habet locum de iure canonico, quod est in hoc obseruandum, ex quo sumus in spiritualibus, & in concernentibus animam iuxta. c. h. de præscrip. & c. i. cum ibi not. per gl. & doct. de noui operis nunc. nam de iure canonico potius subiecta materia declarationem, & determinationem à iuramento recipit, quàm è contra, ut no. declarat Rom. in l. hereditatem. ff. de donat. & est tex. in c. cum contingat. de iureiu. in c. licet mulieres. cod. tit. in 6. & c. quamuis. de pactis in 6. & in auth. sacramenta puberum. C. si aduersus. uend. quæ est dispositio procedens secundum ius canonicum, ut colligitur ex corpore, unde sumitur, cum iis, quæ not. per Abb. & Io. de Imo. in d. c. cum contingat. ¶ Non obstat tertium, quod Hieronymo moram purgare licuerit, quia respondeo primo hoc uerum esse, donec conductor, seu emphyteota non fuerit iudicialiter conuentus, postquam enim fuit conuentus, non potest amplius moram purgare, nec celeriter satisfacere, prout requiritur tex. in d. c. potuit. ubi docto. post glo. communiter ita uolunt. Et Bald. in auth. qui rem. C. de sacros. eccle. dicit re integra licitum esse emphyteote, siue conductori moram purgare, ergo re non integra, prout in casu nostro, in quo Hieronymus non solum fuit iudicialiter conuentus, sed etiam lis fuit contestata, & processum fere usque ad finem ante, quod offerret se uelle per depositionem pecunie soluere, moram purgare licitum non erit, ut ibi per Bal. Præterea licitum est moram purgare, sed non quando est appositus dies, & pena, prout est in casu nostro, per Alex. & omnes in d. l. si insulam. ff. de uerb. obli. Nec licitum est moram purgare, quando iuratum fuit, quoniam si quis eo tempore, quo iuratum fuit, non soluerit, ipso iure dicitur omni suo iure priuatus, & amplius est in continenti moram purgare non potest, propterea quia periurium incurrit. d. l. si quis maior. ibiq. Bald. Alex. & omnes. Non obstat, quod de aequitate canonica etiam quando iuratum esset, purgatio moræ admittitur, per Bal. in d. l. qui crim. q. 11. & per gl. in d. c. apud misericordem, quia dictum illius gl. & Bal. procedit locum, quod habet in foro penitentiali, & animæ, non autem in foro contentioso est ecclesiastico, ut no. uoluit Rom. in suo sing. 448. & idem uoluit Alex. in d. l. si insulam. in 12. fallentia ergo in casu nostro, in quo agitur in foro contentioso, & seculari propter iuramentum appositum, cui Hieronymus contrauenit, mora purgari non poterit. ¶ Non obstat ultimum, quod Hieronymus obtulerit se uelle Melchiori personæ soluere ante lapsum temporis, & sic ipsum Melchiorum in mora constituerit, ut supra, quia respondetur, quod ubi solutio requiritur, simplex oblatio non sufficit, nisi fiat depositio, prout de iure fieri debet, puta apud eadem sacram, uel alium bonum depositarium. l. iulianus. §. offerri. & ibi Bar. & alii. ff. de actio. empt. & in l. accepta. ubi plenè habetur. C. de usuris. & in terminis nostris, quod non sufficiat pecuniam offerre in marsupio, nisi per testes et probatum fuerit de certa quantitate in marsupio existente, uolunt Bar. Ioan. de Imo. & Pau. de Cast. in l. cum seruus. ff. de cond. & demon. Præterea non sufficit simpliciter offerre, sed debitor, qui est eiusdem fori, domum creditoris ire, ibiq. offerre se paratum soluere, & pecuniam ostendere tenetur, ut declarat Bar. in l. item illa. ff. de const. pec. in 2. col. & in 3. col. ibid. exēplificat in emphyteota, qui ne à iure suo cadat, domum domini, qui esset eiusdem fori, ire & ibi canonem soluendum offerre debet, alioquin à iure suo caderet, & h. no. p. Abb. in c. significat. de pi. gnor. Sed non apparet ipsum Hieronymum deposuisse pecuniam, nec domum domini iussisse, & obtulisse, ut supra, ergo & c. Ultimo quauis per dictum Hieronymum fuerit capitulum

latum de oblatione quadam facta de uno matronæ pecunia, tamē per testes non fuit probatum, ut si pecunia in dicto marsupio extaret, sed si probatum de quadam oblatione facta de uno marsupio, diderunt iudicio suo esse pecuniam, tunc non probatum fuisse, & sic cum talis probatio fuerit, non debet ipsi producere interpretari hoc modum, ut in terminis uolunt Bar. Imol. & alii in d. c. ut in terminis. ¶ Et si dicti testes sunt singulares, suspensum uocari, & non uerisimilia, ac uaria deponere, arg. no. in l. testium. C. de testi. & l. o. no. ff. de co. tit. Et quanta fides sit illis adhibenda, melius cognoscere, & percipere potest. Ex quibus omnibus concludo dictum Hieronymum à iure suo cecidisse, & ita declarari potuisse ac omnino à dicta re emphyteotica expelli.

S V M M A E.

- 1 Emphyteota potest, domino etiam irrequirit, rem alienam pignori, & hypothecari, & nu. 9.
- Et an idem sit in emphyteosi ecclesiæ, & nu. 11.
- 2 Et an ad preiudicium filiorum, & liberorum, quæ sit liberis esset ius quæsitum.
- 3 Pater quando uendendo, aut aliter alienando, seu pignori, vel feudum, ueniente filio, potest ipse filios, aut feudo præiudicare, & nu. 5. & 8.
- 4 Pater pignoriando rem emphyteoticam in nullo reuocatur, & quid sub hac pignoratione ueniat.
- 5 Emphyteotica bona possunt hypothecari, & sub generali comprehenduntur.
- Et quando hoc uerum sit, nu. 12. usque in finem c. 1.
- 7 Et an specialiter obligari, & hypothecari ualeant, & nu. 13.
- 8 Res indicata facit ius, & rem haberi pro ueritate, & incapacitatis, & illegitimitatis illius, qui sententiam pronuntiat, amplius obijci nequeat.
- 9 Emphyteosis ecclesiastica tam de iure cō, quàm de consuetudine ciuitatis Rauennæ potest specialiter, & generaliter obligari, & nu. 14.
- 10 Et quando sub generali obligatione, & hypothecatione simpliciter ab emphyteota facta comprehendatur, & nu. 15.
- 11 Omnia censentur ea, quæ sunt speciali prærogatiua dignum primantur.
- 12 Argumentum de feudo ad emphyteosim ecclesiasticam non procedit.
- 13 Nisi inter illa expressa, & specialis ratio diuersitas non possit.
- 14 Naturalis legitimatus non admittitur ad feudum, & in sim. ecclesiæ, nisi ad illa quoque fuerit expressa, & legitimatus.
- 15 Multa sub generali mandato non ueniunt, nisi expressa, & specialiter concessa fuerint.
- 16 Feudum, & emphyteosis sub generali bonorum uenditione comprehenduntur, nisi de illis mentio expressa fiat.
- 17 Sub generali obligatione facta de bonis suis simpliciter prohibita alienari non comprehenditur.
- 18 Res feudalis, & res emphyteotica ecclesiæ alienari potest, & nu. 18.
- 19 Lex pignoralis, ff. de pignoribus, & l. tutor. §. si quis alieni. ff. de pignoratitia actio. } declarat.
- 20 Emphyteosis priuati, & reipublice potest sine emphyteotico uari, & sui natura ad extraneos transire.
- 21 Doctores uolentes bona emphyteotica etiam ecclesiæ hypothecari, ita quod generali obligatione comprehendantur, quomodo sint intelligendi.
- 22 Emphyteotica bona ecclesiastica possunt ex concordia, uel permutate Rauennæ uendi, donari, & obligari, seu hypothecari modo intelligatur.
- 23 Rubrica, & tex. in §. si autem creditor. in ant. de re iud. aut permut. dum loquuntur de generali obligatione, & nu. 19. } declarat.

EMPHYTEOSIS ecclesiastica potest tam specialiter obligari.

hoc ut sub generali obligatione, & hypotheca bonorum comprehendatur, requiritur, & deinde specialiter, uel generaliter exprimendo bonum emphyteoticum mentio facta fuerit.

Inter concordia, quæ est in ciuitate Rauennæ, inter clericos, & laicos, quæ bona emphyteotica ecclesiæ restituitur, ita quod uendi, donari, & obsequi seu hypothecari possint, debet intelligi.

CONSILIVM CXXVII.

Dixi implorato suffragio, sine quo non perfectum apud homines esse potest. Ad ueritatem eliciendam in præfenti causa, super qua plures clarissimi legum doctores hactenus consuluerunt, deuenio. Visis itaque litteris illiusmodi, & Reuerendissimi domini mei coconsilij Cardinalis sancti Georgij prouincie Romanensis Legati meritis, ac diligenter considerationis utriusque partis, & præcipue consilio decerni, secundum quod ultimo loco Reuerendissimi domini Suffraganei Reuerendissimi domini Archiepiscopi Rauennæ ad fauorem Guarnerij, & contra abbatem Classensem tulit sententiam, à qua pro parte dicti Abbatis fuit appellatum, & appellatio eius de consensu utriusque partis concorditer præiudicium, ac Reuerendissimi domini Legato decernenda commissa fuit, uisique, ac considerationis scripturis omnibus ambarum partium ad præiudicium, ac aliis omnibus, quæ debuerunt considerari, quæ in hac re multum anceps ob iuriū, quoniamque diuersitatem sententiam sæpe mutata, & nimis modo huc, modo illuc impelleretur, uelut restringendo me ad punctum difficultatis, quæ pæcis iacet, multis aliis prætermisissis, super quibus consultores satis, & fortè impertinentiter uenerunt, considerandum esse existimaui, an sub generali obligatione, & hypotheca generali facta per litterarum de Guarnerij patrem Guarnerij in quodam instrumento, & contra dictum quendam Georgio de anno 1506. celebrato, in quo expressus la guarneria tornaturarum quædam ecclesia, uel circa aliàs per dictum ser Franciscum ecclesia, seu abbate Classensi ciuitatis Rauennæ in emphyteosim cōductus comprehensus fuerit, seu ut comprehendi potuerit ad præiudicium Guarnerij agentis, pro quo, ut de liberis ser Franchisci illiusmodi emphyteosis fuerat concessa. Super quo articulo multa ab aduocatis partium hinc inde allegata sunt, & plura alia adhuc adduci possunt. Nam quod dictus fundus obligari potuerit, & obligatus sit, in primis suadet ex glossa in l. fina. in uerbis, aliis. C. de iure emphyteoti. quæ uoluit emphyteotam posse, domino etiam irrequisito, rem ab eo conditam pignori, & ibi Salic. col. 2. uers. quæ non debet tenuit, quamuis, ut ipse refert, nonnulli tamen in emphyteosi ecclesiæ contrarium dixerunt, quos tamen ibi reprobant, quia iura per eos allegata non probant. Et hanc opinionem, quod emphyteotici, & hypothecari possint, etiam in scio domini, seu ecclesiæ, communem esse inquit Iason in d. l. fina. d. glo. num. 71. & sequitur Ioann. de Imo. in caput. col. 7. de loca. per textum in l. tutor. §. fin. de acquir. actio. & ibi Bar. Bal. & Paul. Castren. & in Alex. in l. fin. de pignori. ubi prædium uetigiarum potest pro pignore obligari, quædam in l. tutor. in fin. dicat, tale prædium posse da

2 ri pignori, saluo iure domini. ¶ Quod procedere uideatur etiam ad præiudicium filiorum, & liberorum, quibus ut filiis, seu ut liberis fuerat ius quæsitum, nam si hoc casu pater potest illis præiudicare, rem uendendo, ut expressè, quando feudum, seu emphyteosim incepit à patre, uoluit Alexan. in consil. 28. in causa, & l. re. colum. 1. lib. 5. & Ioannes de Imol. in consil. incipien. in nomine domini, plura sunt uidentia, motus hac ratione, quoniam quando pater emphyteosim ecclesiæ acquirit filio, ut filio, censetur illi mortis causa donare. argum. l. filia. C. familiae erciscun. & Bald. in authen. si quas ruinas. colum. penultima. C. de sacrosanctis ecclesiis. quo in casu res filio successiue post mortem patris acquireretur, ut aiunt crebro scribentes in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & posthum. cum aliis per Alexandrum allegatis in d. consil. ergo uiuente filio, pater potest uendendo, aut aliter alienando, uel pignorando illi præiudicare. argumen. l. secunda. C. de inoffic. donatio. & l. qui mortis. ff. de donatio. causa mortis. & si pater uendendo potest filio præiudicare, multo magis ergo pignori obligando, & hypothecando, cum plus sit rem emphyteoticam uendere, & alienare, quam pignori, ut in d. l. fin. cum ibi not. & ibi ferè omnes scribentes. C. de iure emphyteot. d. c. potuit. cum glo. & Imo. in d. consil. inquit, non refragari id, quod dixit Bald. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de legat. 1. quia illud ponit non decidendo, sed arguendo, ueluti etiam est de mente Alexandri in d. §. si quis alicui. ¶ Præterea pater pignorando rem emphyteoticam, quæ filio, ut filio fuit acquisita, nullum ecclesiæ præiudicium irrogat, quoniam censetur pignori saluo iure ecclesiæ. Bar. tol. in d. l. tutor. in fine. & solum dicitur obligare ius suum, hoc est utile dominium, & melioramenta, ut ait Petrus de Ancha. in consil. 434. Salic. in d. l. fin. colum. 2. uers. quæro. & plenè traditur per Imolam, & Alexand. in l. si domus. in fine. ff. de legat. 1. ubi Imol. dicit, quod pater potest filiis præiudicare, quibus in emphyteosi ius quæsitum esset, & idem uoluit in d. c. potuit. ueluti etiam refert Alex. in dicta l. si domus. in fin. & in hanc sententiam, quod pater, qui rem ab ecclesiæ in emphyteosim conduxit pro se, & filiis in uita sua, & sic ante ius filiis in re quæsitum possit illis præiudicare, quam plures ultra nominatos tenuerunt, quos refert Alexand. in d. consil. 28. & in dicta l. si domus. & latius in d. l. apud Iulianum. §. si quis. & Barba. in consil. 66. lib. 3. & licet hæc opinio fortè communis dici posset, ut attestatur Alexand. in d. §. si quis. quamuis ipse ibi illam pro uera affirmare ob huius articuli ambiguitatem ausus non fuerit, & in dicta l. si domus. in fine. præsupponat maximum dubium extare, an possit præiudicare, necne, tamen quoad casum nostrum res clara, & iuris notissimi esse uidetur. Et quod pater in rebus emphyteoticis ecclesiasticis, & propriè in rebus ecclesiæ Classensis ciuitatis Rauennæ possit filiis, quibus est ius quæsitum, præiudicare, etiam uendendo, & specialiter, uel generaliter obligando, & hypothecando huiusmodi bona, saluo nihilominus iure ecclesiæ, probatur ex quadam concordia facta inter omnes prelatos, & clericos ecclesiæ Rauennæ ex una, & communitatem Rauennæ ex altera mediantibus suis syndicis specialiter ad hoc deputatis, & cum auctoritate Archiepiscopi tunc dictæ ciuitatis, adeo quod dicta concordia, quæ postea sæpius fuit confirmata auctoritate apostolica, concurrente eius cōi obseruantia ab anno 1434. usque ad hæc tempora transiuit in uim legis municipalis, uel saltem cōi consuetudinis, quæ multi summi Pontifices Romani sciuerunt, & tollerauerunt. Quapropter quicquid in hoc fuerit iure cōi statutum, pro decisione causarum huius

- concordia, seu in ea dispositis est standum, argu. co-
rum, quae habentur in cap. praesenti. & ibi not. de offi.
ord. lib. 6. & Innoc. in c. 1. col. 1. extra de consuetud.
¶ Præterea Bart. Alex. & alij in l. si constante. ff. solut.
matrimo. dicunt, quod bona emphyteotica esse pro dote
obligata, seu emphyteotica ex eo, quod possunt hypothe-
cari. d. l. tutor. in fin. & in d. l. lex uectigalis, & sub gene-
rali hypotheca comprehenduntur, ut ibi per Barro-
lum, & Alex. & Angel. in auth. de restitutio. & ea, quae
par. collatio. 4. Prædicta confirmantur ex textu in ru-
bro, & nigro. in §. si autem creditor. in authen. de non
alienan. aut permutan. rebus. collatio. 2. ubi bona ec-
clesiae quamuis ab emphyteota pignori dari, & obli-
gari specialiter non possint, tamen possunt generali-
ter hypothecari: ergo in casu, de quo agitur, sub gene-
rali bonorum hypotheca facta domino Georgio per
ser Franciscum emphyteotam comprehensa fuerunt
bona illa emphyteotica, quae ipse ab ecclesia Classensi
tenebat, & pro executione sententiae latae in iudicio
hypothecariae ad fauorem dicti Georgij, & heredum
suorum potuerunt assignari, & adiudicari, ut hoc in
indiviso etiam uoluit Alexan. in consi. 173. uiso the-
mate. lib. 2. ¶ Nec obstat, quod Angelus haeres, & filius
legitimus dicti Georgij, ad quem occasione execu-
tionis commisit in curia aduersus dictum ser Franci-
scum dicta bona peruenierunt, illorum incapax fuerit
ad not. per Imolam, & Alex. in l. ex facto. §. si quis ro-
gatus. ff. ad Trebellian. & plenè dixi in c. in praesentia.
num. 334. cum sequen. extra de probat. & ideo in illis
Guarnerius ius, quod ex concessione patri suo facta
acquisierat, adhuc retinet, & eius uigore debet ab
abbate prædicto secundum formam suae inuestiturae
innovari, quoniam pater eius ser Franciscus obligan-
do bona sua Georgio non potuit dicto Guarnerio præ-
iudicare alienando, seu, ut supra, dicta bona hypothecan-
do, ueluti doctores communiter uelle uidentur.
Bar. in l. ut iurifurandi. §. si liberi. ff. de oper. libertor-
um. Bald. in l. liberti, libertatq. C. eo. tit. Alexan. post
Imolam in l. quod dicitur. ff. de uerborum oblig. & in
l. etiam. ff. solut. matrim. cum alijs allegatis per Alex.
in d. lapud Iulianum. §. si quis alicui. & quamuis ipse
ibi se non firmet, tamen hoc tenent ibi Bal. & Ang. &
in hanc sententiam inclinant Mod. Mediolan. in c. 1.
in princ. col. 7. de prohib. seu. alien. per Fed. ubi multa
allegant, atque dictam opinionem corroborant. Quia
prædictis posset responderi, quod ex quo de iure comuni,
ac etiam uirtute dictae concordiae permittitur est pa-
tri præiudicare filiis, quibus ut filiis ius in re emphy-
teotica erat acquisitum, uendendo, & alienando, ac
etiam rem pignorando, seu hypothecando, ut etiam
uoluit Alex. in d. consi. 177. lib. 2. sequitur, quod Guarne-
rius non potest de facto patris sui conuenire, nec illi con-
trauenire, quia res ad filium erat transmissa, seu me-
lius ipsi Guarnerio acquirenda cum hoc onere, seu
cum hac qualitate, quod si patri rem uendere, uel hypo-
thecare uisum fuerit, alienatio, & hypotheca ualeat,
ad tradita per Alex. in d. consi. & cum ex huiusmodi
hypotheca res saltem mediata ad ecclesiam perueni-
rit, ut præsupponitur, ius emphyteoticum per quan-
dam consolidationem uidetur extinctum, ut colligitur
ex uerbis Alex. in d. consi. ibi in uers. & licet dictus. co-
lum. 3. ¶ Præterea quamuis res emphyteotica, seu ius
emphyteoticum uendi, aut alienari nequeat, irrequi-
situs domino. d. c. potuit. d. l. si. C. de iure emphy. tamē
¶ potest infcio, seu non consentiente domino, uel ec-
clesia pignori, & hypothecari. Alex. in d. consi. 177.
gl. in d. l. si. ibiq. doct. communiter cum alijs supra de
ductis. & præsertim in casu nostro hoc procedit in ci-
uitate Rauennae propter concordiam supradictam.
¶ Rursus cum dominus Georgius contra dictum ser

Franciscum egerit, & post Georgij mortem
filius legitimus sententiam obtinuit, & pro
executione fuerit immisus in possessionem
rum bonorum, ac et dicti fundi nuncupatio
ria, non obstante exceptione contra ipsum
facta, quod esset illegitimè natus, & legitimus
iure incapax rei emphyteoticae ecclesiae, seu
amplius in hoc iudicio per Guarnerium
tiam Classensem moto non debet in dubi-
ri incapax, & illegitimitas dicti Angeli
cio executionis super eadem re senten-
tiam, quae in rem iudicatam transiit, quae
facit ius, & rem pro ueritate haberi, ut in
iud. l. res iudicata. cum ibi not. ff. de reg. i.
ad hoc per excellentissimum dominum
batia aduocatum in suo doctissimo consi-
quo multum se extendit, declarando etiam
nere de incapacitate Angeli ad abbatiam
ad Guarnerium pertinere. Præterea si dictum
manus Angeli peruenit, non ex successione
tione, seu contractu dicti Georgij sui patri
peruenit, sed ex legato, quod dicto Angeli
briel eius patris in suo testamento, quod
nuit, per Bart. & alios in l. si. qui. ff. de uisib.
¶ Quamplura alia possent ad fauorem dicti
considerari ad exclusionem praefati Guarnerij
piose dictus do. Paulus in suo consi. conside-
quia negari non potest, quin hic casus magis
difficultatem habeat, præcipue si ea etiam, quae
hinc inde aduocatis dicta fuerunt, considera-
ideo ipsi ueritati tantum inhaerendo, pro illa
tione, praesentem consultationem (alijs praeter
ad duo principaliter restringo. Primum est, an
teos ecclesiastica possit pro debito emphy-
gnorari, & hypothecari. Secundum, potest
utrum res emphyteotica ecclesiae comprehensa
obligatione, & hypotheca generali omnium
simpliciter ab emphyteota facta, & in his
dicio meo tota praesentis consultationis resolu-
fuit. ¶ Quoad primum concludo, quod siue
iure cōi. siue de iure municipali ciuitatis Ra-
cendum est, re emphyteotica posse speciali-
neraliter obligari, ut de iure cōi. tenent
niter post gl. in d. l. si. C. de iure emphy. in d. l. si.
d. l. si. domus. in si. ff. de leg. 1. Alex. in d. l. si.
in d. consi. 177. cum alijs supra alleg. & locum
municipalia ciuitatis Rauennae nullum uideatur
habere uir, ut ordinatum fuit per dictam
factam inter oēs praelatos, & clericos, accen-
uitatis auctoritate archiepiscopi illius, quae
ut mihi praesupponitur, fuit à diuersis sum-
cibus confirmata, ut s. retuli. ¶ Quoad se-
bi, an res emphyteotica ecclesiae sub genera-
tione, & hypotheca omnium bonorum simpli-
emphyteota facta comprehendatur, in hac spe-
maduertendū, quod ad hoc, ut res huiusmodi
ri, & hypothecari, requiritur, quod appareat
hoc facere uoluisse, non. n. iustitiae, quod possit
se hoc ipsum uoluisse cōstet, ut quia sub obli-
de re emphyteotica expresserit, uel speciali-
do uult illam specialiter pignori, uel genera-
dicendo obligo omnia bona mea tam pariter
quàm emphyteotica ecclesiae, adeo quod non
obligare simpliciter omnia bona sua, ut uide-
optimus, & notabilis in c. 1. §. in generali. in d.
fuer. conten. inter do. & agna. & arg. c. 1. in p.
libus uerb. de capit. qui curiam uend. & quoniam
iura loquatur de feudo ob illius dignitatem, quae
dum hominem nobilitat, per liem. & Mod. in
bus allegatis, tamen idem in emphyteotica

intelligi comprehensa, sed solum propria ipsius ser Fraciscus: quo sit, ut omnia, quae postea contra ser Fraciscum, seu melius contra ipsum Guarnerium uirtute dictae hypothecae generalis factae do. Georgio I exequendo iniam super dicto fundo nuncupato *la Guarneria*, qui est iuris emphyteotici ecclesiae Classensis, non potuerunt saltem Guarnerio super dicto fundo obesse, ex quo is non potuit sub dicta generali hypotheca omnium bonorum dici comprehensus per praedicta: & tanto magis, cum super dicto fundo iam esset ius quasi Guarnerio filio, ut filio, & sic iure suo, quia res inter alios acta alteri nocere non debet, ut C. res inter alios acta. & l. sepe. ff. de re iudi. ¶ Plura, quae haec materia exposceret, possem et hic cumulare tam ad corroboracionem praedictorum, quam pro responsione multorum, quae ex aduerso in iure, & in facto contra Guarnerium sunt opposita: verum quia ea ex praedictis optime eradicata, & resoluta uidetur, ac si omnia vellem reassumere, & praecipue eleganter dicta per do. Paulum Abbatia Classensis aduocatum, illud potest dicere possem, ante diem clauso componet vespere olympo, & sane sic faciendo non esset consulere, vel verius iudicare, sed in hac difficili materia longam repetitionem facere, idcirco breuitati studendo, veluti decet optimum iudicem, concludo partes illustrissimas, & reuerendissimas domini mei esse in iudicando ad fauorem Guarnerij, videlicet bene iudicatum fuisse ad illius fauorem, & male pro parte Abbatibus, & monasterij Classensis fuisse appellatum, ipsumque Abbatem teneri ad renouandum dictum Guarnerium de dicto fundo nuncupato *la Guarneria*, secundum quod ser Franciscus eius pater alias fuit de illo renouatus: & propter maximas praesentis materiae difficultates, nec non ob consilia tot excellentissimorum doctorum, qui pro praefata Abbatia consuluerunt, idem illustrissimus, & reuerendissimus dominus, si sibi uidebit, ipsam Abbatiam ab expensis absoluat. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Emphyteota ecclesiae regulariter absque licentia ecclesiae & illa irrequisita potest sua melioramenta, & ius suum emphyteoticum donare, saluo tamen iure ecclesiae, & num. 8.
- 2 Secus, si non saluo iure ecclesiae.
- 3 Item secus, si inter ecclesiam, & emphyteotam factum fuisset pactum, quod non liceat emphyteotae melioramenta, & ius suum emphyteoticum vendere, seu aliter alienare sine licentia, & requisitione ecclesiae.
- 4 Et magis, si pactum huiusmodi esset iuratum.
- 5 Emphyteota volens melioramenta, & ius suum emphyteoticum vendere quo tempore dominum directum requirere debeat.
- 6 Quid si vellet donare saluo iure ecclesiae.
- 7 Et quomodo in contractu donationis dominus directus sit requirendus, quando ex pacto, aut aliter requiri debet.
- 9 Et an ante contractum donationis, vel post requiratur, non refert, & numero. 11.
- 10 Donatarius emphyteosis statim post factam donationem sine mora tenetur a domino inuestituram petere, & illi quinquagesimam offerre, & quomodo illud sine mora intelligatur.
- 11 Pactum inter emphyteotam, & ecclesiam, quod non liceat emphyteotae melioramenta, & ius suum emphyteoticum vendere, seu aliter alienare sine licentia, & requisitione ecclesiae, quomodo in contractu donationis circa requisitionem seruari debeat.
- 12 Emphyteota ob donationem factam irrequisito domino de iure nullam in penam incidit: etiam si pactum esset de requirendo dominum, quando contrarietate huiusmodi pacti nulla esset adiecta pena.

E P I T O M E.

STANTE pacto inter emphyteotam, & ecclesiam, quod emphyteota non sinat res locatas ad alium, seu alios deuenire suis dolo, culpa, negligentia, uel defectu sine licentia, & requisitione ecclesiae, emphyteota volens donare ecclesiam, & dominum requirere tenetur.

Et huiusmodi requisitio quando, quomodo, quid sit facienda, seu fieri possit.

CONSILIVM CXXVIII.

Vis instrumentum emphyteoticum, in quo sunt haec verba apposta, quia et si dominus cōductor promittit, ut in dictis rebus, ut supra, locatur, diligenter, illasque bene, & diligenter melius iuxta suum posse meliorare, & ad alium sine re deuenire suis dolo, culpa, negligentia, uel absque licentia, & requisitione praedicti eius successoris, super dubio, quo quod liceat emphyteotae ecclesiae donare perhibita sua melioramenta, & omne ius emphyteoticum, & praesupposito, quod ecclesiae requiri, ad quid, & quando sit requirenda determinatē absque longa discussione, mihi cludendum esse uidetur, quod si licet regulariter emphyteotae absque licentia ecclesiae, & requisitione, ut concludunt magister niter doctores canonici in c. potuit, de consecratione, & domini legitur in l. fin. C. de iure iur. ut ad longum refert ibi las. post Albi. In finit, quos allegat, quicquid dixerit gl. d. c. potuit. quas sequitur Barto. in d. l. fin. praesertim per textum in l. vniuersas. C. de rebus, & secundo Baldum in d. l. fin. loquitur, quando emphyteota venditur titulo rem emphyteoticam simpliciter alienare facta mentione, quod esset emphyteotico saluo iure ecclesiae, quo casu iure proprio transferretur, & non valeret, iuxta ea, quae habentur in Alexandrum, & alios in l. si domus. C. de leg. 1. secus, si quis, ut emphyteota rectoris ius suum emphyteoticum alienasset, saluo iure secundo Bald. ibi, & in pluribus alibi. cetera ille tex. in d. l. vniuersas. est lex cuiusdam re emphyteotica ecclesiae etiam ad ecclesiam expressē disponere, seu statuere non potest ibique doctores communiter in c. ecclesiastica. & in c. quae in ecclesiis. extra de consecratione, & c. fina. de rebus eccle. non alien. cum similibus ideo dispositio illius textus ad hoc allegatur. Tamen si quando pactum inter ecclesiam, & emphyteotam factum fuisset, quod non liceat conductori melioramenta, & ius suum emphyteoticum vendere, seu aliter alienare sine licentia, & requisitione ecclesiae, tunc pactum est omnino de iure d. l. fin. in princ. ubi casus, & doctores concordant, quod attendi debet qualitas pacti huiusmodi, & facultatem alienandi, & eodem modo factum reperitur, seruandum est, aliquoties tunc aliter alienas penam caducitatis, seu in instrumento appositam incidere, ut notat gl. in l. cum hi. §. si cui, in fin. veris. ff. de test. & in d. l. fin. dicens, quod ad remouendum dubium domini, quando rem in emphyteotico cedunt, apponunt pactum, quod res, seu emphyteoticum non possit alienari, nec donari, & requisito, nam tunc pactum est omnino seruandum, & hoc idem voluit Alex. I. consil. 9. lib. 2. & per totum per las. in d. l. fin. col. 134. in vers. si quis maior. C. de transactio. cum similibus, autem, & quoniam ecclesia sit requirenda, si emphyteota velit sua emphyteomata, omneque ius suum emphyteoticum cum alteri donare, concludendum uidetur, quod in contractu venditionis dominus directus debeat requiri.